

www.e-rara.ch

Divi Ioannis Chrysostomi Psegmata quaedam

Johannes

Basileae, 1523

Stiftung der Werke von C.G.Jung, Zürich

Shelf Mark: Online

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-5502>

In praecedentem sermonem, Ioannis Oecolampadii adnotatio.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Epilogus.

& inextinguibilem ignem parari. Nam si in uirginū ordine eos, qui cum fulgida fide, & morum honestate uixerunt, dominus qui omnium opera eorum considerabit, ob misericordiæ penuriam à thalamo arcebit: quomodo nos qui in omni luxu & crudelitate erga cognatos uersamur, obliui dei, salutē assequemur? Ea propter uos oro, ne uobis uerba hæc mente excidant. Dogmata enim impia, & quæ ab hæreticis profecta, arguere & anathematizare oportet: hominibus autem parcendum, & pro salute ipsorum orandum. Det deus omnes nos ita charitatis erga deum & proximum esse studiosos, implereq; mandata domini, ut cū misericordiæ oleo, & fulgidis lāpadibus occurramus in die resurrectionis ipsi superno & cœlesti sponso, offerentes ei plurimos in gloria, quos nostra compassione & pietate lucrificimus: præstante gratia & misericordia ipsius unigeniti filii dei, cum quo, patri sit gloria, simulq; sancto spiritui in secula

A M E N.

IN PRÆCEDENTEM SERMONEM, IOANNIS
OECOLAMPADII ADNOTATIO.



ermo hic in recessu plus habet, quàm fronte ostēdet. De anathemate quidem sermonē pollicetur, sed lector sagax multa interim & de sacerdotali potestate idagabit. Testatur uiuētibus in defunctos nullū iudiciū relictum. Temerarium

Farium igitur, quod disputatores condemnāt Origenē, uel
similes. Hoc enim seculorū iudicis est. Vanæ item illæ & im-
piæ pro mortuis indulgentiarum bullæ. At in uiuentes, ma-
gna quidē sacerdotū autoritas est, qui apostolorū idonei sūt
succellōres, & uerē pleni gratia & uirtute, qui que spiritum
sanctum in se habent, & non tātum ab hominibus consti-
tuti sunt. Tales enim non condemnant innocentem, nec ius-
tificant impiū: sed spiritus sancti ductu, magnā præ se fe-
rentes morum suauitatem, erudiunt in mansuetudine, cla-
mantq; ipsi potestatem sibi datam in ædificationem, non in
destructionē: Docēt q; & obsecrāt presbyteros, ut pascāt
gregem, non quasi dominium exercētes. Viam, qua hære-
ticis obsistitur, non dicit carceres, uel tormenta, uel faculta-
tum direptionem, uel ignem, sed doctrinam. Quos apostoli
eiecerūt, tantum externa cōmunionē, & sacramētorū parti-
cipationē priuarunt, non precibus & cōpassione fidelium,
quibus peculiariter præceptū est orare pro inimicis. Nomi-
ne anathematis, errores nō homines percellendi sunt. Atqui
cōtrarium hodie uidemus obseruari. Et alij quidem hoc no-
mine abstinēt, sed excommunicationis uocabulo, nō minus
grauant, diuersis nominibus idem significantes. Externa il-
la excommunicatio tantū externa consuetudine priuat, & nō
nisi propter crimina grauiora inferēda est: nō itē propter
friuolas causas. At illi quos condemnant, eos etiā piorū suf-
fragijs destitutos asserunt, & extra saluandorum regionem
constituunt: quod profectō nō aliud fuerit, quā anathema
tizare. Allegare solent in hoc exemplum Pauli, qui tradidit
scortatorem Corinthiū satanæ in interitū carnis, sed per-
peram, & non intelligentes quæ loquuntur, neq; cogitan-
tes quæ sequuntur. Neq; enim ibi dicitur Satan diaboli po-
testas, sed aduersitatum & tribulationū pondus, quod fert

Sacerdotū po-
testas.

Hæretici do-
cendi.

Quid anathe-
matizandum.

Excommuni-
cationis uis.

cui homines non communicant. Interitus item carnis, non corporis pœna est, sed carnaliū affectionum, quibus ad peccatum trahebatur, imminutio, quoad sobrius plenè resipisceret: sequitur enī, ut spiritus saluus fiat in die domini. Simili ferme peccato iudiciū domini inuadūt, qui ea quæ CHRISTVS libera esse uoluit populo, uel prohibēt uel iniungūt, denunciantes mortale peccatum præcepti sui contemptoribus: atque ita quamuis non anathematizent uel excommunicent uerbo: sensu tamen iudicant auulsos à CHRISTO, et eis nihil commune cum CHRISTO. Auellit enim mortale peccatū à CHRISTO, & diabolo nos offert, grauiusq; excommunicat & anathematizat.

IN ELIAM PROPHETAM, DIVI IOANNIS
CHRYSOSTOMI, SERMO.



Loriosus olim prophetarum possessione, uti peculiaris quædam illorum agricultura erat Iudæorum populus. Sed plaudite, Gloriatio hæc nunc ab eis in ecclesiam translata est. Ecce apud nos & prophetarum corpora. Neq; enim congruit, ut prophetas agricolas adhuc habeat sterilis ille populus. Neq; decet, ut apud illos seruentur prophetae, qui eum, quē isti prædixerunt, crucifixe pro mortuis quos apud illos excitauit, pro cæcis quos apud illos uisu donauit, pro esurientibus quos apud